poſt contractum, quem omnes ſequuntur, vt dicit Sigiſmun. conſ. feuda. 21. nu. 1. Hanc etiam dicit eſſe communem Picus in loco præallegato, quem refert Boſ. in tit. præallegato poſt numer. 51. verſ. quinta eſt.

18 *Ceterum* [e] *poſt commiſſum delictum regulariter valet alienatio ante ſententiam facta titulo oneroſo, neque reuocantur alienata, niſi appareat contrahentem fuiſſe participem fraudis.* [f] *Et hoc tenetur communiter per omnes, vt dicit Ang. in l. ſi quis, nu. 4. C. de bono. proſcri. Sed hoc intellige, vt procedat, vbi delictum ſit tale, in quo bona ipſo iure non confiſcantur, neque interdicta eſt delinquenti bonorum ſuorum adminiſtratio, & de fraude non appareat, & eſt communis opi. vt dicit Picus in loco præalleg. n. 38.* [g] *Qui autem ſint caſus, in quibus bona ipſo iure confiſcantur, dixi ſup. in princ. q. Interdicitur autem bonorum adminiſtratio in crimine hæreſis, læſæ Maieſt. & Sodomiæ, vt dixi ſup. hoc eodem lib. §. Hæreſis, verſ. Item bona, & §. læſæ Maieſt. verſ. Præterea licet, & §. Sodomia, ver. Itẽ ſodomita. Vbi* [h] *verò bona delinquentis ex eo crimine ipſo iure, & facto publicantur, tunc alienatio ab eo facta poſt crimen commiſſum eſt ipſo iure nulla, neque erit opus aliqua reuocatoria. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in loco præallegato, poſt nu. 37. verſ. circa ſecundum tempus.*

19 *Et hæc omnia locum habent, non tantum ſi alienatio fiat poſt delictum, ſed etiam ſi fiat poſt accuſationem, antequam lis conteſtetur; quinimò etiamſi fiat poſt litis conteſtationem. Et eſt communis opin. vt dicit Picus in loco præall. nu. 39. in princ. & verſic. circa quartum. Bene verum eſt, quòd omnis alienatio, quæ fit à delinquente poſt accuſationem contra eum inſtitutam, in dubio præſumitur facta metu pœnæ. Et eſt communis opi. vt dicit Picus in d. l. poſt contractum, poſt nu. 39. verſ. alia differentia.*

20 *Si verò alienatio fiat à delinquente poſt ſententiam condemnatoriam contra eum latam, tunc ſi talis ſententia fuerit per appellationem ſuſpenſa, valet quidem alienatio facta pendente appellatione; ſed poſtea ſecuta confirmatione ſententiæ, officio iudicis reuocatur. Si verò ſententia per appellationem ſuſpenſa non fuerit, alienatio ipſa nihil valet. Et eſt communis opi. vt dicit Picus in loco præall. poſt nu. 29. ver. quintũ. Et in hoc propoſito ſcias, quòd in illis caſibus, in quibus alienatio valet, ſed poſtea poteſt per fiſcum reuocari,* [i] *non poteſt executor fiſcalis amouere poſſeſſores à poſſeſſione rerum, quas à delinquente acquiſiuerunt: ſed debet actionem reuocatoriam intentare, ita vt ordinariè de ipſa reuocatione cognoſcatur. Et eſt cõmunis opin. vt dicit Picus in loco præall. nu. 41.*

21 *Scias etiam,* [k] *quòd debitor delinquens poteſt quandoque dare de bonis ſuis in ſolutum creditorib. Et eſt communis opi. vt dicit Picus in d. l. poſt contractum, num. 41.*

22 *Contingit* [l] *aliquando, quòd delinquens permutat aliqua bona, aut vendit, & pretium conuertit in emptionem aliorum bonorum; Quæro nunquid illa bona acquiſita veniant in confiſcatione bonorum, & etiam ea, quæ ante permutationem, ſeu venditionem erant ipſius delinquentis. Reſpon. quod ſi reus poſt delictum*

e *Ceterum poſt commiſſum.*) Adde † Gigan. in tractat. de
99 crim. læſæ maieſt. lib. 2. titul. de pœnis commit. quæſtione 24. vbi plenè hanc quæſtionem examinauit; & Peregr. de iure fiſci libro quinto titul. 1. numero 66. vbi quoque h[a]betur, in quibus caſibus bona ipſo iure publicantur; uide etiam Bertaz. in d. conſ. 477. & alios Doct. ibi citatos per ad dentes. *Baiar.*

f *Et hoc tenetur.*) Farin. d. nu. 134. *Roſ.*

g *Qui autem ſint caſus.*) Adde hic, quæ dixi ſupra hac eadem q. verſ. 1. & verſ. Multa autem, & q. 71. verſ. Dixi, & hic adde, quæ dicit ualde in propoſito Felin. in c. Rodulphus, coll. mihi 25. verſic. ſed declaratoria, extra de Reſcript. *Drog.*

h *Vbi vero bona.*) Limita, ut per Boſſ. titul. de bon. publicat. num. 76. & maxime pro alimentis & defenſione cauſæ ut ibi fol. 4. intellige. *Roſ.*

Vbi vero bona delin-
100 *quentis.*) Adde, † quòd nec etiam fiſcus pretium emptori reſtituere tenetur, niſi illud inter bona delinquentis reperiretur, uel quòd conuerſum fuiſſet in utilitatem bonorum delinquentis, & illa utilitas una cum bonis ad fiſcum delata fuiſſet. Couar. in 4. decret. parte ſecunda capitolo ſexto numero octauo & nono ſed ſi alienatio fuiſſet facta ex cauſa neceſſitatis, nempè pro alimẽtis, tunc eſſet licita, nec per fiſcum poſſet uendicari, ut ibi per eum. Et ad prædicta uide etiam Gomeſ. de delict. capitolo ſecundo numero ſecundo, & capitolo, decimoquarto ſub numero quarto, & ibi circa finem, habetur etiam, an in caſibus, in quibus poteſt fiſcus alienationes reuocare, poſſit etiam petere fructus medij temporis; & ſententia lata contra principalem delinquentem præiudicat poſſeſſoribus dictorum bonorum, idem Gomeſ. de delictis capitolo primo ſub nu 90. ubi atteſtatur de communi.

102 Item † adde alias quatuor utilitates fiſci, quando bona ipſo iure publicantur. Primò, quia fructus debentur fiſco tempore commiſſi delicti. Secundò, quòd reſpectu bonorum, etiam mortuo reo ante condemnationem contra hæredes, & alios competit fiſco actio ad bona; Tertio quia authent. bona damnatorum non habet locum, ubi bona fiſco ipſo iure competunt, ſeu cõfiſcantur, ſed ſolum ubi ſententia requiritur, quia tunc illa iura corriguntur, ut parentibus, & agnatis relinquantur, ſecundum d. Auth. bona damnatorum. Quartò, quia non dabitur appellatio à facto legis, uel decreti confiſcantis ipſo iure, ut diffusè hos effectus docet Iacob. de Beluiſ. in pract. crim. ſub rubr. de mortuis in carcer. num. 11. in verſiculo ſed quis ſit effectus. Quæ ta-
103 men † non procedunt, quando lex, uel ſtatutum publicans bona ipſo iure, requirit, quòd delinquens ſit condemnatus; ita tradit Decian. in conſil. 410. colum. penult. & in fin. Curt. ſen. in conſ. 59. quos refert, & ſequitur Plot. in conſil. 130. numer. 31. & 32. inter cõſ. cr[i]m. diuerſ. tomo 1. *Baiar.*

i *Non poteſt exequutor fiſcalis.*) Fiſcus ergo pendente reuocatione bonorum delinquentis, non debet excludere de facto poſſeſſores nec eos, qui tenent a delinquente, licet ego contrarium uidi ſeruari, & male. Adde in propoſito Bell. conſilio 10. numero tertio. Benitend. deciſione 37. nume. 12. prout nec etiam fiſcus apprehendere debet bona delinquentis, niſi ſequuta ſententia, etiam ſtante ſtatuto, ſeu Decreto, de quo infr. verſic. vlterius quæro. ad Bart. in l. eius, qui delatorem num. 2. ff. de Iur. fiſc. Felyn. referente in cap. Canonum ſtatuta coll. mihi 11. in princ. de Conſtitut. Vide nouiſſimè adducta per Bertazz. conſil. 289. par. 2. dixi ſup. *Drog.*

K *Scias etiam.*) Adde
104 † videndum ad hanc quæſtione Peregr. de iure fiſci lib. 5. titul. 1. nu. 183. quando datio in ſolutum facta per reum ſuis creditoribus ſit ualida. *Baiar.*

l *Contingit aliquando.*)
105 Adde, quòd † debitor, qui iurauit ſoluere creditori non obſtante iuramento, tenetur ſoluere fiſco, ſi bona publicantur, ſecundum Imol. in c. cum contingat num. 98.

Item ade, quod iura conditionalia ex contractu prouenientia tranſeũt in fiſcum, quando eſſet conditio caſualis, uel mixta, non autem poteſtatiua. Gomeſ. de delict. cap. vltim. numero ſecundo, & eſt communis opinio, ſecundum Suarez recept. ſent. in uerb. conficatio num. 264. & ſequent. ſed Caſſa. ſuper conſuet. Burgun. titul. *des confiſcationes*. rubr. 2. §. 2. numero 24. verſiculo limita. 2. fol. 281. tenet, quòd omni caſu iura conditionalia ex contractu, inter viuos tran-

permutat bona, vel vendit, & bona permutata, vel pretium bonorum venditorum, vel alia res æquiualens empta ex pretio, reperitur in bonis confiſcatis, non debent moleſtari poſſeſſores priuorum bonorum, quæ delinquens alienauit. Ita colligi videtur ex text. in l. Imperator. §. fin. de leg. 2. & eſt communis opinio. ut atteſtatur Quemada quæſtione fiſcali ſeptimo. Videtur enim pretium, vel res acquiſita ſubrogari loco rei alienatæ, ita ut non poſſit fiſcus velle idem bis conſequi. Et ſecundum hanc opin. fuit aliquando iudicatum in hoc magiſtratu. Quam tamen intellige, ut procedat, niſi fraus interuenerit: nam eo caſu poſſet fiſcus, omiſſo pretio, uel re acquiſita, rem alienatam recuperare, iuxta ea, quæ ſuperius dicta ſunt.

23 *Item* [m] *in fiſcum tranſeunt ſecuta confiſcatione omnes obligationes.* [n] *Et hæc eſt communis omnium ſententia vt dicit Calcan. conſilio 66. numero 4. in fin. Adde. quòd tranſit in fiſcum non modo ciuilis obligatio, ſed etiam naturalis, & ita communiter tenetur, vt dicit Imola in l. ſi debitori, in fin. prin. ff. de fideiuſſo.* [o] *Scias tamen, quòd iura conditionalia non tranſeunt in fiſcum: ita dicit gl. in l. non ad ea, in verbo, Præſens ff. de cond. & demon. quam Doctores ſequuntur, vt atteſtatur Quemada quæſ. fiſcali 10. Et quòd obligationes conditionales paſſiuæ non tranſeunt in fiſcum, dicit eſſe communem opin. Iaſon. in l. ſi quis arbitratu, poſt nu. 29. de verb. oblig. quem refert Boſſ. in titul. de bonorum publica. num. 14. Et* [p] *ex hoc infertur, quod ſi fuerint alicui legata alimenta, & ille fuerit bannitus, & eius bona confiſcata, tale legatum non tranſit in fiſcum; neque etiam durante vita ipſius condemnati. Et ita refert iudicatum fuiſſe Boſſ. in d. titul. de bonorum publica. nu. 22. tale enim legatum dicitur conditionale, vt dixi ſup. lib. 3. §. Legatum: merito non tranſit in fiſcum.*

24 *Vlterius* [q] *quæro, nunquid in confiſcatione veniant*

tranſferantur in fiſcum, ſiue conditio ſit cauſalis, ſiue mixta, & poteſtatiua; & an iura conditionalia veniant in confiſcatione, vide etiam Gabriel. de Bened. in capitulo Rainutius in verſiculo & vxorem nomine Adelaſiam in quinta deciſionem numero 281. de teſtam. & Rimin. iun. in conſilio 50. numero 88. volum. 1.

106 Item † Adde, quòd licèt iura conditionalia non confiſcentur, hoc debet intelligi, quando debentur ſub conditione de futuro, ſecus ſi de præſenti, vel præterito. Gomeſ. d. capitolo vlt. numero 2. in fin. ſed latius in capit. 11. de qualitatibus contract. numer. 36. cum ſeq. & præcipuè in verſiculo quinto infero.

107 Item † adde; quòd fiſcus ad bona, in quibus delinquens erat ſubſtitutus poſt mortem inſtituti, mortuo deinde inſtituto, admitti non poteſt, l. ſubſtitutio, ff. de acquir. rer. dom. & ibi Bar. & Vulpel. in conſil. 112. in prin. ſed ibi, numero 9. & 10. dicit ſecus eſſe, ſi duo eſſent inſtituti hæredes re, & verbis coniuncti, & alteri poſt eius mortem alter ſubſtitutus, quia vnitum eſt ius accreſcendi, & illud ius ſubſtitutioni annexum traſmiſſionem concedit, & ideo quòd ius illud publicari, poteſt.

108 Item † adde quòd ſoluto matrimonio fiſcus ex ſtipulatione agit ad dotis repetitionem mortua filia, cuius pater poſt ſtipulationem ex delicto damnatus fuerat. l. inter ſocerum, §. pater, ff. de pact. dotal. & Vulpell. in con. 112. num. 5. quia ut ipſe dicit, ibi ius erat in eſſe formatum. B.

m *Item in fiſcum.*] Farin. d q. 25. nu. 169. 170. *Roſ.*

n *Et hęc eſt communis.*) Gramm. dec. 85. Peregr. de iure fiſci lib. 5. c. 1. de publicat. bonorum num. 53. & 54. *Roſ.*

o *Scias tamen.*) Farin. d. q. 25. nu. 142. de iurib. conditionalibus. *Roſ.*

p *Et ex hoc infertur, quod ſi fuerint alicui legata alimenta.*] Nota, qui times, ne filius tuus, vel alicui tibi charus cognatus egeat in caſu banni, & confiſcationis bonorum, ut eidem relinquas alimenta, quæ per delictum ab eo auferri non poſſunt, & eſt optima cautela; & hic adde Boer. ſuper conſuetut. Bitur. Titul. des Conſtum. concer. les viges. §. 12. vbi allegat text. in l. inter ſocerum. §. final. ff de pact. dotal. vbi etiam habetur, quòd ſi viuente parte filius bannitus fuerit cum bonorum confiſcationem, & interim pendente banno pater ab inteſtato mortuus ſit, quid tamen fiſcus bona patris tanquam ad filium deuoluta accipere non poteſt, & de intellectu l. inter ſocerum. §. fin. ff. de poſt. dotal. latè Iacopinus Riminaldus inter conſilio crimin. diuerſ. conſilio 100. a numero 16. cum ſequen. volum. primo. Qui caſus eſt ſummè notandus, cum vulgares aliter credant; allegat Bart. in l. ſi qua pœna. ff. de his, qui ſunt ſuij, vel alieni Iuris, fiſcus enim tunc non habetur loco filij, cum in eum non transferantur iura conditionalia, ut hic; Quomodo autem intelligantur iura conditionalia, uide Boer. Conſilio pri-
*108 mo numero 11. An autem filio ſic bannito in bonis † patris præmorientis, ſaltem fiſco debeatur legitima, Bald. in l. ſi qua pœna ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iuris, quòd non, quia filius ſic bannitus habetur pro mortuo: ſequitur Marc. Antonius Cuchus tractat. de legit. in princip. numero ſexto Boer. d. conſilio primo numero octauo. Et quid ſi dubitetur in alijs conſanguineis ab inteſtato decedentibus, vtrum ex perſona banniti, cui ab inteſtato deferatur hæreditas ſuccedat fiſcus, an verò alij ſequentes poſt bannitum; vide Bald. in ſua pract. titu. De vult. volunt. quæſt. 5. numero 3. Crauet. tamen, quia ſæpius Principes in contrarium edunt proclamata, inhibentes etiam filijs bannitis, alimenta ſubminiſtrari, quo caſu dum magnificus I. V. D. q. D. Marcellus Marazzanus Placentinus haberet filios bannitos ob homicidium per eos patratum in perſonam q. d. Io. Franciſci Marconi, permittebat tales filios ire Domos eius maſſariorum, & Colonorum, & ibidem auferre boues paternos & rurales, Item frumenta, & alia eorum victui neceſſaria; Quia ſic, non ſubminiſtrando, ſed permittendo, euitabat proclamata in contrariũ ædita; uide ſupra hac eadem quæſt. verſ. Item quęro; ad med. infra quæſ. 82. ſtat. 2. verſic. Item quæro; Vide Minoch. de arbitr. Iud. libro 2. cent. 4. caſ. 347. ſub num. 1. & de filio acceptante patrem lib. 1. q. 90. ſub nu. 45. De patre autem receptante filium, cui parcitur; tetigit Crauet. conſilio 45. ſub num. 1. & de don. facta retento ſibi vſufructu, vtrum procedat mortuo donante in præiudicium fiſci, qui velit capere bona donatarij; Dec. in conſil. 445. poſt nu. 63. ad fi. cum ſeq. *Drog.*

109 *Et ex hoc infertur.*) Adde † quòd nec etiam alimenta filij banniti, quæ de iure naturæ debita ſunt, poteſt fiſcus petere à patre, ut per Spec. de execu. ſent. verſ. quid ſi filius in fine, & Nell. in tract. bann. in 1. par. 2. temp. num. 56. *Baiar.*

110 q *Vlterius quæro.*) Vide Cot. memor teſtamẽtũ in quo ver. col. fi. & ver. tamen cautela. Vulp. reſp. 112. & 124. nu. 3. *Roſ.*

Vlterius quæro, nunquid in confiſcatione.) Adde, † quod publicatis bonis filij famil. mortuo patre fiſcus bona paterna acquirere non poteſt. Alex. conſ. 15. & 23. vol. 1. Curt. conſil. 59. Dec. conſ. 449. Boſſ. in tit. de confiſc. bon. num. 80. Vulp. conſil. 112. n. 4. & Lud. Cat. in cõſ. 103. per totũ inter cõſ. cri. diu. to. 1

111 Item † adde, quod procedit ẽt quo ad legitimã filiorũ bãnitorum poſt mortẽ parentũ, quòd non acquiritur fiſco, ſed venientib. ab inteſtato, quando bãnitus non eſt capax, ut per Cat. in d. conſ. 103. inter conſ. cri. diuer. to. 1. in fol. Bertaz. cõſ. 510. Dec. conſ. 438. nu. 8. Soc. iun. conſ. 51. n. 4. vol. 1. & conſ. 123. n. 5. uol. 4. Ruin. conſ. 49. n. 4. vol. 4. & conſ. 149. nu. 13 vol. 3. Boer. conſil. 1. num. 11. & hæc opin. nullam habet difficultatem ſi bona non ſunt penes ſolum bannitum, Ruin. conſ. 123. n. 6. vol. 4. & idem tenuit Bertaz. iun. in addit. ad d. conſil. 510. patris ſui, vbi accumulauit omnes ſupradictos, nec etiam debetur legitima in bonis parentum in bannito ob crimen læſæ Maieſtatis, iuxta tradita per Soc. in conſ. 22. col. 4. vol. 1. quem re-

fert, & ſequitur Bertaz. in d. conſilio 510. numero 13. uide etiam Decian. in conſilio 64. numero 43. volum. 3. ubi tenet, quòd legitima debeatur filio, tanquam capaci, etiamſi per ſtatutum banniti poſſent offendi, & tam de bonis exiſtentibus in territorio bannientium, quàm alibi, ſiue fuerint publicata bona, ſiue non atteſtando de magis communi, & veriori, & ſi non eſſet capax, quòd legitima ſpectaret ad proximiores, non autem ad fiſcum: idem tenet Peregrin. de iure fiſci libro tertio tit. 7. numero 42. ubi impugnat deciſionem Bald. in l. ſi qua pœna. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. vbi determinat, quod filio bannito in ære, & perſona, etiam debeatur legitima, & quòd fiſcus ex perſona filij non poſſit illam petere; ſed bonum conſilium eſſet pro filio, quòd pater eum exhæredaret, quod facere poteſt pro homicidio per eum commiſſo, vel ob alias cauſas maiores aut ſimiles quatuordecim expreſſis, vt per Ripam in rubr. extra de iudic. numero 20. & Clar. in §. teſtamentum queſtione 41. verſiculo ſed quæro, vbi atteſtatur de communi, & in fin. dicit in practica ab hac opin. non eſſe recedendum: & idem tenet Laurent. Rodulph. caut. 92. numero 19. cum ſequen. vbi etiam dat cautelam, quòd ille, cuius bona ad bannitum ab inteſtato peruenire debent, ſi eſt extraneus, alium inſtituat hæredem; aliam autem cautelam dat Duran. de arte teſtan. caut. 10. ſub titul. de his, qui non habent factio. teſtam. quod pater inſtituat alios fratres, uel aliquem alium ſucceſſurum ab inteſtato, ſed poſtea roget talem ſic inſtitutum reſtituere totam hæreditatem, uel partem ipſi bannito, cum fuerit ad patriam reſtitutus, nam tale fideicommiſſum valet, & d. caut approbat Lud. Cat. in conſilio 103 numero octauo inter conſil. crim. diuerſ. tom. primo. Sed prædicta non habent locum, quando legitima, vel aliquid loco legitimæ fuiſſet filio relictum in teſtamento per patrem ante condemnationem, tunc enim legitima debe-
112 tur fiſco, qui † etiam poterit petere dicta legitimę ſupplementum, vt tenuit Bertaz. in conſilio 489. vbi confutat dicta per Curt. iun. qui tenuit contrarium in conſilio 182. numero octauo cum ſeqq. quod etiam procedit ſecundum Bertazzol. in dicto conſilio etiam ſi extaret ſtatutum, quòd bannitus impunè poſſit offendi, & quod omni actu legitimo eſſet priuatus. Sed aduertendum eſt, quòd ibi Bertaz. loquitur de confiſcatione facta poſt mortem patris: Et quòd confiſcatio ſolum intelligatur, de bonis præſentibus tempore commiſſi delicti, & non de bonis acquiſitis, vel acquirendis poſt delictum in quacunque confiſcatione facta a lege, ſtatuto, decreto, conſtitutione, ac ſententia, eſt communis opin. vt inquit Iaſ. in l. ſi ſtipulatus, §. cum ſtipulamur ff. de verb. obligat. & Plot. in conſil. 130. num 59. volum. 1. inter conſ. crim. diuerſ. magnę impreſſ.

113 Item † adde, an omnia iura ad acquirendum condemnato competentia, quæ ad illius hæredes extraneos tranſirent, ad fiſcum quoque per publicationem bonorum tranſeant, ut eſt in iure deliberandi, ex lege cum in antiquioribus C. de iur. deliber. item in tranſmiſſione, quæ fit ex potentia ſuitatis ad quoſcunque hæredes, de qua in l. apud hoſtes C. de ſuis, & legit. item in ui repetendi ſupplementum legitimæ, vel in iure dicendi de nullilate teſtamenti, & in iure petendi reſtitutionem in integrum, latè per Tiraq. de retract. lignag. §. 26. gloſſ. tertia numero, ſecundo & ſeq. Natta conſilio 472. numero 14. & latiſſimè per Peregr. de iure fiſci libro quinto titulo primo numero 84. & quo ad ius dicendi de nullitate teſtamenti. Alciat. in conſilio ſexageſimoſeptimo, columna ſecunda libro nono tenet, quod non tranſit ad fiſcum. *Baiar.*

bona futura [r] *ideſt, acquiſita poſt confiſcationem. Reſpon. quòd non, ſed veniunt tantum ea,* [ſ] *quæ delinquens habet tempore publicationis. Et eſt,* [t] *communis opin. vt dicit Nellus de bannitis, in 1. parte ſecundi temporis. numero 18. quem refert practica Conradi, fol. 430. num. 4. in fi. Curtius Sen. in d. conſilio 59. poſt num. 13. verſ. conſequenter, Iaſon. in l. ſi ſtipulatus fuerim, §. cum ſtipulamur. n. 7. ff. de verb. obl. Hanc dicit eſſe communem regulam Boſſ. in d. tit. de bono publi. poſt numerum 80. In hoc* [u] *Ducatu adeſt decretum confiſcans omnia bona delinquentium ab ipſo die commiſſi delicti: Nihilominus ſeruatur, quòd etiam ea, quæ acquirunt poſt delictum, vſque ad confiſcationis ſententiam, que à iudice profertur, veniunt etiam ipſa in confiſcatione. Et ita abſque controuerſia ſeruari atteſtatur Boſſ. in loco præalleg. numero 80. in fi.* [x] *In bonis autem quæſitis poſt confiſcationem quomodocunque fiſcus ea apprehenderit, vel habet pe-*

r *Bona futura,*] Et an legata conditionalia, uide per Bart. in l. quod traditum. ff. de condem. & demonſt. Item in confiſcatione bonorum non venit hæreditas delata, ſed nondum adita. Dec. conſilio 446. Grat. conſilio ſeptimo videtur concludere, quod ueniant bona futura. *Guiot.*

ſ *Quæ delinquens habet tempore publicationis;*) Adde Alexand. conſilio, ſequageſimoquinto numero 12. volum. primo capitulo Felicis poſt med. de pęn. in ſexta, Infer ad ea, quæ dixi ſupra de bonorum deprædatione bannito ſuperuenientium poſt bannum, quæ quia non ueniunt in confiſcatione vt hic, ergo à quocunque alio, ſtantibus Decretis, quòd bannitus impunè offendi poſſit in re, & perſona, deprædari poſſunt, & hęc eſt ratio pręſentis deciſionis a Claro relatæ, ſupra a quæſtione 71. verſic. Dixi; infra hac eadem quæſt. verſic. Vlterius quæro, ad fin. *Drog.*

t *Communis opin.*) Farin. d. quæſtione vigeſimaquinta numero 138. *Roſ.*

u *In hoc autem ducatu adeſt decretum;*) Adde, quòd hinc eſt, ut in hoc ſtatu ſtatim commiſſo delicto, ſic committens eſt reus Criminis, nec expectatur ſententia; magis enim tunc delicta Reorum, quam uerba ſententiarum faciunt eos pęna condignos; ut retulit Capyc. in ſui propoſito deciſionem 130. numero 16. infra hac eadem quæſtione verſiculo vlterius quæro, ibi, in hoc Ducatu; & hinc eſt, quòd ſtante tali Decreto, delinquens etiam nundum declaratus non facit interim fructus ſuos; Felin. in capitolo. Rodulphus, verſiculo ſed declaratoria, columna mihi, 25. de Reſcript. quod etiam procedit de iure abſque tali Decreto, ut firmat idem Felin. vbi ſupra, verſiculo Limita tertio, in princip. allegat text. cum gloſ. & ibi Ang. in authent. de inceſt. nuptijs in princip. pro quo vide Dec. in conſilio ducenteſimo trigeſimoquarto, numero ſecundo. Contrarium tamen, quòd attendatur ſtatus declarationis, vide ſupra quæſtione 36. verſiculo ſed pone; diſtingue vt ibi dixi: facit in ſimili, quod notat Neguſ. Tractat. de pig. 3. memb. ſextę partis princip. numero 44. infra quæſtionem 79. in princip. Hoc tamen Decretum fallit in hæretico pænitente, & non relapſo; in §. Hæreſis verſiculo ſed quæro; Adde tamen, quòd etiam remo-
*113 to tali Decretto, bona hæretici † non relapſi, tametſi a tempore commiſſi delicti fuerint ipſo iure confiſcata, non propterea poſſunt ante ſententiam promulgatam occupari, Dyn. in reg. poſſeſſor. numero decimoſexto de regul. Iur. in ſexto ea enim, quæ ipſo iure operantur, requirunt tamen ſententiam Iudicis, vt latè poſt omnes retulit Menoch. de arb. Iud. libro ſecundo Ceut. 3. caſ. 220. numero ſeptimo & ita intelligitur Felin. in capitulo fin. octauo fall. verſiculo ſecundo intellige. extra de conſtitut. alios plures citat Chart. titul. de exeq. ſent. capitulo primo numero 357. Idem Felin. in cap. Rodulphus coll mihi 21. extra de Reſcrip. verſ. ſed declaratoria 3. limitatione ad fin. vide Gram. deciſ. 15. nu. 8. ſupra q. 73. verſ. pariter etiam. *Drog.*

x *In bonis autem quæſitis.*] Adde, † quòd illud; quòd ſer-
114 uat Senatus Mediolani, eſt de iure, quando bannitus poteſt impune offendi, quia tunc poteſt priuari bonis ſuis acquiſitis non tantum per fiſcum, ſed etiam per quemcunque priorem occupatorem, vt per Alba. conſilio 17. numero 19. & Alciat. in
115 conſilio 6. numero 14. libro ſecundo & quando bannitus † a ſucceſſione excluditur, an fiſcus, vel ab inteſtato venientes admittantur, vide Curt. iun. conſilio 182. & Vulpell. in conſilio 124. numero 6. Ludou. Cato. in conſilio 103. inter conſil. crimin. diuerſ. vol. 1. *Baiar.*

Tan-

y *Tanquam legitimus, & iuſtus occupator.*) Adde gloſ. ad conſuetud. Aurel. tit. de ſucceſſ. cap. 14. fol. mihi 93. infra in §. Teſtamentum q. 21. uerſ. Aut uero; ſupra q. 59. uer. ſed quæro q. 71. uerſ. Dixi autem. *Drog.*

z *In hoc articulo.*) Farin. d. q. 25. num. 139. vſque 142. *Roſ.*

a *Tu vero dic,*) Supra hac eadem q. verſic. Quæro modo. *Drog.*

Tu vero dic.) Decia. conſ. 438. num. 8. & 442. numero 18. & vltra Boſſ. de bon. publ. nu. 29. Cæll. Cotta in memo. incip. Teſtamentum in quo pater verſ. datur etiam alia cautela, Curt. Sen. conſilio 59. numero 13. Plottus conſilio 30. numero 57. & in ſimili vide Ruin. conſilio 156. in fin. in 1. volumine numero 21. & conſilio 164. in fin. in 5. volumine Crauet. conſilio 152. num. 7. & Rol. a Valle. conſilio 15. numero 23. in 1. volum. Nota quia contra hoc ſcribit Pereg. in trac. de iur. fiſci. tit. 7. nu. 17. *Roſ.*

Tu vero dic, quod aut
116 *&c.*) Adde † Cephal. in conſilio 321. vol. 3. ubi multum diffusè hanc materiam tractauit, & tenet, quòd ius adeundi non tranſmittatur in fiſcum, & idem tenuit Decian. in conſilio 18. nu. 338. uolum. 1.

117 Item † adde, quòd ſi filius uiuente patre homicidium commiſerit [illegible] pater poſtea moriatur, & eo mortuo formetur inquiſiti[illegible]ra filium, & condemnetur pro homicidi cum publicatione [illegible]orum, quod hæreditas non uenit in fiſcum, ſecundum Bart[illegible] l. in fraudem ff. de iure fiſc. & Nell. in tractat. bannit. in 1. part. 2. temp. queſtio. 30. ubi dicit, quòd cautela eſt, quòd talis bannitus repudiet hæreditatem cum illo, ad quem deuoluitur hæreditas, & Plot. dicto conſilio 130. numero 57.

118 Item † adde, quòd in Regno Neap. fiſcus ſuccedit in hæreditate patris banniti ab inteſtato decedentis, ideſt in ea parte, in qua eſſet ſucceſſurus ſi non eſſet bannitus, per conſt. ob fi-
119 liorum culpas, in qua etiam diſponitur, quòd † patres pro filijs delinquentibus eis uiuentibus nullam patiantur pænam, & ibi uide Afflict. *Baiar.*

b *Videndum eſt etiam.*) Aduerte, quòd publicatis bonis mariti, & uxore comparente cum inſtrumento, atque contradicente, quod eidem ſunt interim alimenta præſtanda, donec fuerit judicatum, uide per Boſſ. tit. de alimen. uxori præſtand. col. 1. & 2. Item aduerte, quòd uxor petens donationes propter nuptias a fiſco, eas conſequi debet ſummarie, & ſemoto iudicio ordinario; & ſufficit, ut eas petat à fiſco, ut per Bart. in l. rem. §. 1. ff. de iure fiſci, & tradit Rolan. eius conſ. 31. num. 36. lib. 1. *Giach.*

- *Videndum eſt.*) Adde † uidendum Peregrin. de iure fiſci
120 libro 5. titul. 1. num. 34. ubi plenè, & ibi numero 30. tenet, quòd filij nondum natis nec conceptis, nulla portio debeatur, & hanc opinionem ueriorem eſſe, dicit Gabriel. conſil. 123. numer. 3. & 4. Item adde Rot. Bonon. deciſione 91. & Decian. in conſilio 235. numer. 7. ubi dicit, quòd fiſcus poteſt alienare omnia bona etiam communia, & ei legitimam conſignare, & Menoch. de recup. poſſ. remed. 7. numero 177. ubi plene, & de iſta quæſtione, quando legitima intelligatur reſeruata filijs, pleniſſimè Farin quæſtione 24. numero 34. cum ſeq. & quando publicatur dimidia bonorum patris duntaxat, tunc legitima filiorum non debetur l. 1. §. liberis eius ff. de bonis damnat. & ratio eſt, quia tunc pater non eſt mortuus

nes, ſe illa retinet [y] *tanquam legitimus, & iuſtus occupator, ex quo ſunt bona banniti. Si verò reperiantur penes alium, credo, quòd fortè non poſſet fiſcus ea petere, ſed quòd deberent remanere prius occupanti. Et in hanc ſententiam viſus fuit inclinare magiſtratus in cauſa bonorum cuiuſdam capitanei Amandi Theutonici, licet alijs ex fundamentis motus fuerit ad iudicandum contra fiſcum.*

25 *Sępe contingit, quòd tēpore cōfiſcationis delata eſt hęreditas delinquenti: nunquid ſecuta confiſcatione ius adeundi illam hæreditatem tranſit in fiſcum? Reſpon. In hoc* [z] *articulo variæ fuerunt ſcribentium opin. nam aliqui tenuerunt, quòd ſic, & dicit Rui. conſ. 23. nu. 2. lib. 5. quòd videtur eſſe communis opin. quòd deportatus intra annum à die delatæ hæreditatis illam tranſmittit in fiſcum: ſecus autem ſi poſt annum fuiſſet deportatus. Multi verò tenuerunt contrarium, quòd ſcilicet illam non tranſmittat Et hanc opin. dicit videri magis communem ſaltem in bannito, qui poſſit retinere ius adeundi, Rui. in eo. conſilio 23. num. 26.* [a] *Tu verò dic, quòd aut illud ius adeundi eſt tale, quòd tranſit etiam in extraneos hæredes, & tranſit etiam in fiſcum: Aut verò non tranſit ad extraneos hæredes, & neque etiam tranſit in fiſcum. Et ita tenent communiter Doctores, vt dicit Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus municipium, circa fi. ff. de acquirenda hæreditate.*

naturaliter, nec ciuiliter, ex quo non eſt locus authent. bona damnatorum Bald. in l. data opera num. 60. C. qui accuſ. non poſſ. & Peregr. de iure fiſci libro 5. titul. de public. bonor. numero 44.

121 Item † adde, quòd etiam reſeruatur nepotibus, & filijs naturalibus, & adoptiuis, dummodo adoptio non fuerit facta in fraudem; Plot. in conſilio 130. numero 87. inter conſilio crim. diuerſ. uolum. 1. & Roland. conſilio 97. numero 33. uol. 2. & etiam legitima debetur legitimatis, Bald. in ca. de cauſis in colum. penult. de offic. deleg. quem ſequitur Caſſan. in conſuet. Burg. fol. 1147. uerſicul. quarto facit.

122 Item † adde, quòd filius non poteſt cogi accipere legitimam ſuam in pecunia Iaſ. in l. ſcimus, C. de inoffic. teſtamen. & debet habere legitimam ex re mediocri, non meliori, nec uiliori, ut per Guid. Pap. dec. 608.

123 Item † adde, quòd econtra publicatis bonis filijs, reſeruanda eſt portio patri. Pau. Pichus in reper. §. Titia cum nuberet ſub nu. quadrageſimoquinto ff. de leg. 2.

124 Item † adde, quòd portio non reſeruatur filijs, quando pater fuit condemnatus pro crimine læſæ Maieſtatis, Cardinal. in clement. paſtoralis numero decimoquinto de re iud. & Boſſ. in titul. de crimin. læſæ Maieſtatis numero 134. licet contrarium tenuerit Ang. in conſilio 357. in ſecundo dubio,
125 † ſed filiæ feminæ reſeruatur pro ea dotanda, & eſt tertia pars bonorum, ut late per Becci. in conſilio octauo per totum.

126 Item † adde, quòd filius ab hæreditate ob aliquod detrimentum excluſus excluditur etiam à legitima, & ideo bonis patris confiſcatis, ſibi non reſeruatur legitima, quia generaliter in omnibus caſibus, in quibus fiſcus aufert hæreditatem filijs uti indignis, eis legitima non debetur, iuxta tradita per Peregrin. de iure fiſci libro ſecundo, titulo ſeptimo
127 numero nono, & ſimiliter † filio bannito legitima non debetur, idem Peregrin. de iure fiſci libro tertio titul. 7. numero 31.

128 Item † adde, quòd portio, quæ reſeruatur etiam uiuente patre debetur, & mors naturalis patris non eſt expectanda. Roland. in conſilio nonageſimoſeptimo numero trigeſimooctauo uolumine ſecundo, & Theſaur. in deciſione 104. & centeſimo nonageſimooctauo ubi etiam habetur quanta eſſe debeat legitima in publicatione bonorum tenendo contra Clarum, & an authent. bona damnatorum habeat locum, quando per ſtatutum, uel decretum contra delinquente bonorum publicatio decreta eſt, & quando procedatur in contumaciam.

129 Item † adde, quòd etiam filijs conceptis ante bannum, & confiſcationem reſeruatur legitima, licet nondum ſint nati; ſecus autem ſi poſt confiſcationem eſſent concepti, & iſta eſt uerior, ſecundum Gabriel. conſilio 123. numero tertio, & quarto uolum. primo. Peregrin. de iure fiſci libro quinto titul. primo numero 40. 41. licet Boſſ. in crim. læſę Maieſtatis numero 138. contrarium tenuerit, & ad hanc quæſtionem uide etiam D. Farinac. in quæſtione 24. numero 42. & hoc procedit etiam, quòd elapſum ſit tempus in cridis præfixum ad cōtradicendum; Plot. in conf. 130. numer. 78. uolum. 1. inter conſ. crim. diuerſ.